Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

·i· ecc̄iam replere doceret. dum in sacramentis huma
nitatis xp̄i. et grām et glām fidelium repromittit.
Crisosto⁹. Quid ergo ulterius hic et in discipulatu⁹
talia loq̄ que nullus eorum qui ē intra sunt ho
minū novit umquā. si hoc solum esset. mag
num miraculum esset. Nunc autem cum hiis et
aliud isto maius tribuit argumentum quod
a deo inspirata sunt ei que dixit. scilicet quod om
nes audiunt et suadet omnibus per omne tempus.
Quis ergo non admirabitur virtutem in eo
inhitantem. Aug. an. Iohannes inspiratur gratia di
vini in quo ē gratia. vir cui donatum ē. Cui autem
theologorum donatum ē ita abscondita sunt bo
ni penetrare misteria. et sic verbis divinis mentibus intimare.

In principio erat verbum.

Omnibus. Crisosto⁹. Omnis evangeliste ab incarnatione ma
nifestantibus. Iohannes tran
scurrens conceptionem.
nativitatem. educationem. augmentationem.
mox de eterna nobis generatione narrat dicens.
In principio erat verbum. Aug. Quod gre
ce logos dicitur. latine et rationem et verbum sig
nificat. Sed hic loco melius verbum interpreta
mur. ut significetur non solum ad patrem
respectus. sed ad illa etiam que per verbum facta sunt
operativa potentia. Ratio autem et si nichil per illam
fiat. recte ratio dicitur. Aug. Cotidie autem dicen
do verba viluerunt nobis. quia sonando et tran
seundo viluerunt. Est verbum et in ipso homi
ne quod manet intus. Nam sonus procedit ex
ore. Est verbum quod vere spiritualiter dicitur. illud quod
intelligis de sono. non ipse sonus. Aug. an.
Quisquis autem potest intelligere verbum non
solum antequam sonet. verum etiam antequam sonorum
eius ymagines cogitatione volvantur. iam
potest videre per hoc speculum atque in hoc enig
mate aliquam verbi similitudinem de quo
dictum est. In principio erat verbum. Necesse est
enim cum id quod scimus loquimur. ex ipsa
scientia quam memoria tenemus. nascatur ver
bum quod eiusmodi sit omnino cuiusmodi
ē illa scientia de qua nascitur. Formata quippe cogi
tatio ab ea re quam scimus. verbum ē quod in
corde dicimus. quod nec grecum ē nec latinum.
nec lingue alicuius. Sed cum id opus ē in
eorum quibus loquimur perferre noticiam. aliquod
signum quo significetur assumitur. Proinde
verbum quod foris sonat. signum ē verbi quod intus
lucet. cui magis verbi competit nomen. Nam
illud quod fertur carnis ore. vox verbi est.
verbumque et ipsum dicitur propter illud a quo ut foris ap
pareret assumptum ē. Basilius. Hoc autem ver
bum non ē humanum verbum. Quomodo enim
erat in principio humanum verbum, ultimo lo
co accipiente homine generationis principium.
Non ergo in principio verbum erat humanum. Sed
nec angelorum. Omnis enim creatura infra se
culum terminos ē. a creatore essendi sumens prin
cipium. Sed audi evangelium dicentem. Ipsum enim
unigenitum dixit verbum. Crisosto⁹. Si autem
quis dixerit cur patrem dimittens mox nobis
de filio loquitur. Quoniam ille quidem manifestus
omnibus erat. et si non ut pater. sed ut deus. Unige
nitus autem ignorabatur. Ideo decenter eam que
de isto ē cognitionem confestim in initio stu
duit imponere hiis qui nesciebant eum. sed nec
patrem in hiis que de filio sunt sermonibus ta
cuit. Propter hoc autem et verbum eum vocavit. Qua
enim docturus erat quod hoc verbum unigenitus
ē filius dei. ut non passibilem estimet quis ge
nerationem. preveniens verbi nuncupatione destru
it perniciosam suspicionem. esse ex deo filium in
passibiliter ostendens. Secunda ratio vero ē. quia ea que
sunt patris nobis debebat annunciare. non simplici
ter eum verbum dixit. sed cum articuli adiectio
ne. a reliquis ipsum separans. Consuetudo enim
ē scripture verba mea vocare leges dei et precepta.
Hoc autem verbum substantia quedam ē. ypostasis quedam
ex ipso preveniens impassibiliter patre. Basilius.
Quare igitur verbum. quia impassibiliter natum est.
quia ē generantis ymago. totum in se ipso gene
rantem demonstrans. nichil inde separans. sed in
se ipso perfectum existens. Aug. Sicut enim